

# Anzeigebblatt

für die Erzdiözese Freiburg.

№ 17.

Donnerstag, den 13. Oktober

1910.

## S. Congregatio de Sacramentis.

Decretum de aetate Admittendorum ad primam Communionem eucharisticam.

uam singulari Christus amore parvulos in terris fuerit prosecutus, Evangelii paginae plane testantur. Cum ipsis enim versari in deliciis habuit; ipsis manus imponere consuevit; ipsos complecti, ipsis benedicere. Idem indigne tulit repelli eos a discipulis, quos gravibus his dictis reprehendit: *Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos; talium est enim regnum Dei*<sup>1)</sup>. Quanti vero eorundem innocentiam animique candorem faceret, satis ostendit cum, advocato parvulo, discipulis ait: *Amen dico vobis, nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum coelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno coelorum. — Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit*<sup>2)</sup>.

Haec memorans catholica Ecclesia, vel a suis primordiis, admoveere Christo parvulos curavit per eucharisticam Communionem, quam iisdem subministrare solita est etiam lactentibus. Id, ut in omnibus fere antiquis libris ritualibus ad usque saeculum XIII praescriptum est, in baptizando fiebat, eaque consuetudo alicubi diutius obtinuit; apud Graecos et Orientales adhuc perseverat. Ad summovendum autem periculum, ne lactentes praesertim panem consecratum eiicerent, ab initio mos invaluit Eucharistiam iisdem sub vini tantum specie ministrandi.

Neque in baptisate solum, sed subinde saepius divino epulo reficiebantur infantes. Nam et ecclesiarum quarundam consuetudo fuit Eucharistiam praebendi puerulis continuo post clerum, et alibi post adultorum Communionem residua fragmenta iisdem tradendi.

Mos hic deinde in Ecclesia latina obsolevit, nec sacrae mensae participes fieri coeperunt infantes, nisi illucescentis rationis usum aliquem haberent et Augusti

Sacramenti notitiam quandam. Quae nova disciplina, ab aliquot Synodis particularibus iam recepta, solemnique sanctione firmata est oecumenici Concilii Lateranensis IV, anno MCCXV, promulgato celebri canone XXI, quo fidelibus, postquam aetatem rationis attigerint, sacramentalis Confessio praescribitur et Sacra Communio, hisce verbis: „Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum.“

Concilium Tridentinum<sup>1)</sup>, nullo pacto reprobans antiquam disciplinam ministrandae parvulis Eucharistiae ante usum rationis, Lateranense decretum confirmavit et anathema dixit in eos qui contra sentirent: „Si quis negaverit omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta praeceptum S. Matris Ecclesiae, anathema sit“<sup>2)</sup>.

Igitur vi allati et adhuc vigentis decreti Lateranensis, Christi fideles ubi primum ad annos discretionis pervenerint, obligatione tenentur accedendi, saltem semel in anno, ad Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta.

Verum in hac rationis, seu discretionis aetate statuenda haud pauci errores plorandique abusus decursu temporis inducti sunt. Fuerunt enim qui aliam sacramento Poenitentiae, aliam Eucharistiae suscipiendae discretionis aetatem assignandam esse censerent. Ad Poenitentiam quidem eam esse aetatem discretionis

<sup>1)</sup> Marc. X. 13, 14, 16.

<sup>2)</sup> Matth. XVIII, 3, 4, 5.

<sup>1)</sup> Sess. XXI, de Communione, c. 4.

<sup>2)</sup> Sess. XIII, de Eucharistia, c. 8, can. 9.

iudicarunt, in qua rectum ab inhonesto discerni posset, adeoque peccari; ad Eucharistiam vero seriore[m] requiri aetatem, in qua rerum fidei notitia plenior animique praeparatio posset afferri maturior. Atque ita, pro variis locorum usibus hominumve opinionibus, ad primam Eucharistiae receptionem hinc decem annorum aetas vel duodecim, hinc quatuordecim vel maior etiam est constituta, prohibitis interim ab eucharistica Communionem pueris vel adolescentibus praescripta aetate minoribus.

Istiusmodi consuetudo, qua per speciem tutandi decoris augusti Sacramenti arcentur ab ipso fideles, complurium exstitit causa malorum. Fiebat enim ut puerilis aetatis innocentia a Christi complexu divulsa, nullo interioris vitae succo aleretur; ex quo illud etiam consequeretur, ut praevalido destituta praesidio inventus, tot insidiis circumventa, amisso candore, ante in vitia rueret, quam sancta mysteria delibasset. Etiam si vero primae Communioni diligentior institutio et accurata sacramentalis Confessio praemittatur, quod quidem non ubique fit, dolenda tamen semper est primae innocentiae iactura, quae, sumpta tenerioribus annis Eucharistia, poterat fortasse vitari.

Nec minus est reprobandus mos pluribus vigens in locis, quo sacramentalis Confessio inhibetur pueris nondum ad eucharisticam mensam admissis, aut iisdem absolutio non impertitur. Quo fit ut ipsi peccatorum fortasse gravium laqueis irretiti magno cum periculo diu iaceant.

Quod vero maximum est, quibusdam in locis pueri nondum ad primam Communionem admissi, ne instante quidem mortis discrimine, Sacro muneri Viatico permittuntur, atque ita, defuncti et more infantium illati tumulo, Ecclesiae suffragiis non iuvantur.

Eiusmodi damna inferunt qui extraordinariis praeparationibus primae Communioni praemittendis plus aequo insistunt, forte minus animadvertentes, id genus cautelae a Jansenianis erroribus esse profectum, qui Sanctissimam Eucharistiam praemium esse contendunt, non humanae fragilitatis medelam. Contra tamen profecto sensit Tridentina Synodus cum docuit, eam esse „antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur“<sup>1)</sup>; quae doctrina nuper a Sacra Congregatione Concilii pressius inculcata est decreto die XXVI mensis Decembris an. MDCCCXV lato, quo ad Communionem quotidianam aditus universis, tum provectoris tum tenerioris aetatis patuit, duabus tantummodo impositis conditionibus, statu gratiae et recto voluntatis proposito.

<sup>1)</sup> Sess. XIII, de Eucharistia, c. 2.

Nec sane iusta causa esse videtur quamobrem, cum antiquitus sacrarum specierum residua parvulis etiam lactentibus distribuerentur, extraordinaria nunc praeparatio a puerulis exigatur qui in primi candoris et innocentiae felicissima conditione versantur, mysticoque illo cibo, propter tot huius temporis insidias et pericula indigent maxime.

Quos reprehendimus abusus ex eo sunt repetendi, quod nec scite nec recte definiverint, quatenam sit aetas discretionis, qui aliam Poenitentiae, aliam Eucharistiae assignarunt. Unam tamen eandemque aetatem ad utrumque Sacramentum requirit Lateranense Concilium, cum coniunctum Confessionis et Communionis onus imponit. Igitur quemadmodum ad Confessionem aetas discretionis ea censetur, in qua honestum ab inhonesto distingui potest, nempe qua ad usum aliquem rationis pervenitur; sic ad Communionem ea esse dicenda est, qua eucharisticus panis queat a communi dignosci; quae rursus eadem est aetas in qua puer usum rationis est assequutus.

Nec rem aliter acceperunt praecipui Concilii Lateranensis interpretes et aequales illorum temporum. Ex historia enim Ecclesiae constat, synodos plures et episcopalia decreta, iam inde a saeculo XII, paulo post Lateranense Concilium, pueros annorum septem ad primam Communionem admisisse. Exstat praeterea summae auctoritatis testimonium, Doctor Aquinas, cuius haec legimus: „Quando iam pueri *incipiunt aliqualem usum rationis habere*, ut possint devotionem concipere huius Sacramenti (Eucharistiae), tunc potest eis hoc Sacramentum conferri“<sup>1)</sup>. Quod sic explanat Ledesma: „Dico ex omnium consensu, quod omnibus habentibus usum rationis danda est Eucharistia, quantumcumque cito habeant illum usum rationis; esto quod adhuc confuse cognoscat ille puer quid faciat“<sup>2)</sup>. Eundem locum his verbis explicat Vasquez: „Si puer semel ad hunc usum rationis pervenerit, statim ipso iure divino ita obligatur, ut Ecclesia non possit ipsum omnino liberare“<sup>3)</sup>. Eadem docuit S. Antoninus, scribens: „Sed cum est doli capax (puer), cum scilicet potest peccare mortaliter, tum obligatur ad praeceptum de Confessione, et per consequens de Communionem“<sup>4)</sup>. Tridentinum quoque Concilium ad hanc impellit conclusionem. Dum enim memorat Sess. XXI, c. 4: „parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communionem“, unam hanc rei rationem assignat, quod peccare non possint:

<sup>1)</sup> *Summ. Theol.*, 3 part., p. 80, a. 9, ad 3.

<sup>2)</sup> In S. Thom., 3 p., q. 80, a. 9, dub. 6.

<sup>3)</sup> In 3 P., S. Thom., disp. 214, c. 4, n. 43.

<sup>4)</sup> P. III, tit. 14, c. 2, § 5.

„Siquidem, inquit, adeptam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt“. Ex quo patet hanc esse Concilii mentem, tunc pueros Communionis necessitate atque obligatione teneri cum gratiam peccando possunt amittere. His consonant Concilii Romani verba, sub Benedicto XIII celebrati ac docentis, obligationem Eucharistiae sumendae incipere „postquam pueruli ac puellae ad annum discretionis pervenerint, ad illam videlicet aetatem in qua sunt apti ad discernendum hunc sacramentalem cibum, qui alius non est quam verum Iesu Christi corpus, a pane communi et profano, et sciunt accedere cum debita pietate ac religione“<sup>1)</sup>. Catechismus Romanus autem, „qua aetate, inquit, pueris sacra mysteria danda sint, nemo melius constituere potest quam pater et sacerdos, cui illi confiteantur peccata. Ad illos enim pertinet explorare et a pueris percunctari, an huius admirabilis Sacramenti cognitionem aliquam acceperint et gustum habeant“<sup>2)</sup>.

Ex quibus omnibus colligitur aetatem discretionis ad Communionem eam esse, in qua puer panem eucharisticum a pane communi et corporali distinguere sciat ut ad altare possit devote accedere. Itaque non perfecta rerum Fidei cognitio requiritur, cum aliqua dumtaxat elementa sint satis, hoc est aliqua cognitio; neque plenus rationis usus, cum sufficiat usus quidam incipiens, hoc est aliqualis usus rationis. Quapropter Communionem ulterius differre, ad eamque recipiendam maturiorem aetatem constituere, improbandum omnino est, idque Apostolica Sedes damnavit pluries. Sic fel. rec. Pius Papa IX litteris Cardinalis Antonelli ad episcopos Galliae datis die XII Martii anno MDCCCLXVI in quibusdam dioecesibus morem protrahendae primae Communionis ad maturiorem eosque praefixos annos acriter improbat. Sacra vero Congregatio Concilii, die XV mensis Martii an. MDCCCLI Concilii Provincialis Rothomagensis caput emendavit, quo pueri vetabantur infra duodecimum aetatis annum ad Communionem accedere. Nec absimili ratione se gessit haec S. Congregatio de disciplina Sacramentorum in causa Argentinensi die XXV mensis Martii anno MDCCCX; in qua cum ageretur, admittine possent ad sacram Communionem pueri vel duodecim vel quatuordecim annorum, rescripsit: „Pueros et puellas, cum ad annos discretionis seu ad usum rationis pervenerint, ad sacram mensam admittendos esse“.

Hisce omnibus mature perpensis, Sacer hic Ordo

<sup>1)</sup> Istruzione per quei che debbono la prima volta ammettersi alla S. Communionem. Append. XXX, P. 11.

<sup>2)</sup> P. II. De Sacr., Euchar., n. 63.

de disciplina Sacramentorum, in generali Congregatione habita die XV mensis Iulii an. MDCCCX, ut memorati abusus prorsus amoveantur et pueri vel a teneris annis Iesu Christo adhaereant, Eius vitam vivant, ac tutelam inveniant contra corruptelae pericula, sequentem normam de prima puerorum Communionem, ubique servandam statuere opportunum censuit.

I. Aetas discretionis tum ad Confessionem tum ad S. Communionem ea est, in qua puer incipit ratiocinari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive etiam infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique praecepto Confessionis et Communionis.

II. Ad primam Confessionem et ad primam Communionem necessaria non est plena et perfecta doctrinae christianae cognitio. Puer tamen postea debet integrum catechismum pro modo suae intelligentiae gradatim addiscere.

III. Cognitio religionis quae in puero requiritur, ut ipse ad primam Communionem convenienter se praeparet, ea est, qua ipse fidei mysteria necessaria necessitate medii pro suo captu percipiat, atque eucharisticum panem a communi et corporali distinguat ut ea devotione quam ipsius fert aetas ad SS. Eucharistiam accedat.

IV. Obligatio praecepti Confessionis et Communionis, quae puerum gravat, in eos praecipue recidit qui ipsius curam habere debent, hoc est in parentes, in confessarium, in institutores et in parochum. Ad patrem vero, aut ad illos qui vices eius gerunt, et ad confessarium, secundum Catechismum Romanum, pertinet admittere puerum ad primam Communionem.

V. Semel aut pluries in anno curent parochi indicere atque habere Communionem generalem puerorum, ad eamque, non modo novensiles admittere, sed etiam alios, qui parentum confessariivae consensu, ut supra dictum est, iam antea primitus de altari sancta libarunt. Pro utrisque dies aliquot instructionis et praeparationis praemittantur.

VI. Puerorum curam habentibus omni studio curandum est ut post primam Communionem iidem pueri ad sacram mensam saepius accedant, et, si fieri possit, etiam quotidie prout Christus Iesus et mater Ecclesia desiderant, utque id agant ea animi devotione quam talis fert aetas. Meminerint praeterea quibus ea cura est, gravissimum quo tenentur officium providendi ut publicis catechesis praeceptionibus pueri ipsi interesse pergant, sin minus, eorundem religiosae institutioni alio modo suppleant.

VII. Consuetudo non admittendi ad confessionem pueros, aut numquam eos absolvendi cum ad usum

rationis pervenerint, est omnino improbanda. Quare Ordinarii locorum adhibitis etiam remediis iuris, curabunt ut penitus de medio tollatur.

VIII. Detestabilis omnino est abusus non mini-  
strandı Viaticum et Extremam Unctionem pueris post  
usum rationis eosque sepeliendi ritu parvulorum. In  
eos, qui ab huiusmodi more non recedant, Ordinarii  
locorum severe animadvertant.

Haec a PP. Cardinalibus Sacrae huius Congre-  
gationis sancita SS<sup>ms</sup> D. N. Pius Papa X, in audientia

diei VII currentis mensis omnia adprobavit, iussitque  
praesens edi ac promulgari decretum. Singulis autem  
Ordinariis mandavit ut idem decretum, non modo pa-  
rochis et clero significarent, sed etiam populo, cui  
voluit legi quotannis tempore praecepti paschalis, ver-  
nacula lingua. Ipsi autem Ordinarii debebunt, uno-  
quoque exacto quinquennio, una cum ceteris dioecesis  
negotiis, etiam de huius observantia decreti ad S.  
Sedem referre.

Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae ex Aedibus eiusdem S. Congregationis, die VIII mensis Augusti anno MDCCCCX.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

PH. GIUSTINI, *a secretis.*

Nr. 10121. Über die Ausführung des Dekretes in unserer Erzdiözese sowie über die Rundgebung desselben an das Volk wird dem hochwürdigen Klerus später Weisung zugehen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

### Erzbischöfliches Ordinariat.

---

#### Kirchliche Statistik betreffend.

Nr. 9715. Unserem Pfarrklerus bringen wir hiermit zur Kenntnis, daß die Zusendung der statistischen Fragebogen für das Jahr 1910 im Dezember d. Js. gleichzeitig mit der Uebersendung der Direktorien erfolgen wird.

Freiburg, den 22. September 1910.

### Erzbischöfliches Ordinariat.

---

#### Die Aufstellung der Voranschläge für die kirchlichen Fonds in Hohenzollern betreffend.

Nr. H1209. Die Kirchenvorstände der katholischen Kirchengemeinden in Hohenzollern werden darauf hingewiesen, daß die Voranschläge für die nächste Voranschlagsperiode auf 1. November d. Js. aufzustellen und bis längstens 20. November d. Js. von der Gemeindevertretung festzustellen sind; bis spätestens 10. Dezember d. Js. hat sodann die Vorlage an das Erz. Kammerariat zu erfolgen.

Indem wir zur genauen Beachtung auf unsern Erlaß vom 1. Oktober 1908 Nr. 11102 — Anzeigblatt 1908 Nr. 19 — verweisen, bestimmen wir noch zu Ziffer 2, daß die Vorlage der Kostenschätzungen, Zeichnungen und Gutachten über Bauausführungen in gesonderten, den Voranschlägen beizulegenden Berichten zu geschehen hat, und daß in diesen Berichten ausdrücklich zu erwähnen ist, welche Bauarbeiten unaufschiebbar sind, welche notwendig und welche nur wünschenswert erscheinen, sowie welche in der Voranschlagsperiode ausgeführt werden sollen. In den Voranschlägen sind die einzelnen Arbeiten kurz zu bezeichnen — z. B. Turmdachreparatur 360 M. lt. Kostenschätzung; Pflasterung bei der Sakristei und neue Treppen 135 M.; kleinere Reparaturen 30 M. — Dem Erz. Kammerariate ist bei verspäteter Einsendung der Voranschläge das Porto für die Sendung an die diesseitige Behörde zu ersehen.

Freiburg, den 22. September 1910.

### Erzbischöfliches Ordinariat.

### **Die Verleihung des Kiefer'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10087. Das Kiefer'sche Stipendium im Jahresbetrag von 300 *M.* ist erledigt. Genußberechtigt sind würdige und bedürftige Aspiranten (von Untertertia an) und Kandidaten der Theologie, die mit der Stifterin (Fräulein Leonore Kiefer † von St. Georgen) verwandt sind, in zweiter Linie solche aus St. Georgen bei Freiburg i. Br. In Ermangelung solcher Vorzugsberechtigten tritt freie Verleihung ein.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß von Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnis (eventuell Stammbaum) innerhalb vier Wochen bei uns einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Schwab'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10089. Das von der verstorbenen Fräulein Anna Schwab gestiftete Stipendium im Jahresbetrag von 300 *M.* ist zu vergeben. Genußberechtigt sind würdige und bedürftige Aspiranten (von Untertertia an) oder Kandidaten der Theologie. Zöglinge kirchlicher Bildungsanstalten haben den Vorzug.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß des Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnisses innerhalb vier Wochen anher einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung zweier Mühling'schen Stipendien betreffend.**

Nr. 10090. Aus der Stiftung des Geistl. Rats Mühling sind zwei Stipendien im Jahresbetrag von 300 *M.* bzw. 250 *M.* zu vergeben. Genußberechtigt sind würdige und bedürftige Theologiestudierende aus Königheim, wobei Verwandte des Stifters den Vorzug haben.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß von Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnis (eventuell Stammbaum) innerhalb vier Wochen beim Katholischen Stiftungsrat Königheim einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Pfarrer Lenz'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10091. Das Pfarrer Lenz'sche Stipendium im jährlichen Betrag von 120 *M.* ist erledigt. Genußberechtigt sind würdige und bedürftige Aspiranten oder Kandidaten der römisch-katholischen Theologie von der Untertertia des Gymnasiums an, in erster Linie Studierende aus Abstadt, in zweiter solche aus dem Landkapitel Bruchsal. In Ermangelung solcher kann freie Verleihung eintreten.

Bewerber haben ihre mit den nötigen Zeugnissen (Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnis) belegten Gesuche binnen vier Wochen anher einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Dekan Herz'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10093. Das Dekan Herz'sche Stipendium im Jahresbetrag von 200 *M.* ist zu vergeben. Genußberechtigt sind Kandidaten der Theologie (nicht Gymnasiasten) aus der ehemaligen Grafschaft Nellenburg; den Vorzug haben solche, die Bürgeröhne aus Stockach sind.

Bewerber haben ihre an uns gerichteten Bittgesuche unter Anschluß von Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnis durch die hochwürdige Direktion des theologischen Konvikts dahier innerhalb vier Wochen einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Pfarrer Bartholme'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10094. Das Pfarrer Bartholme'sche Stipendium im Jahresbetrag von 160 *M.* ist zu vergeben. Genußberechtigt sind in erster Linie Nachkommen der Geschwister des Stifters, die sich dem Studium der römisch-katholischen Theologie widmen wollen; in Ermangelung solcher aber Kandidaten oder Aspiranten (von Untertextia an) der Theologie aus Rönigheim.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß ihrer Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnisse sowie eventuell des Stammbaumes innerhalb vier Wochen durch den Katholischen Stiftungsrat Rönigheim an uns einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung eines Dekan Faller'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10095. Aus der Dekan Faller'schen Stiftung ist ein Stipendium im Jahresbetrag von 400 *M.* zu vergeben. Genußberechtigt sind würdige und nicht hinlänglich bemittelte Aspiranten des geistlichen Standes, die den theologischen oder Gymnasialstudien (von Untertextia an) obliegen und Zöglinge des theologischen resp. eines Gymnasialkonvikts sind. Den Vorrang haben in erster Linie Verwandte des Stifters, in zweiter Studierende aus Bräunlingen. In Ermangelung solcher tritt freie Verleihung ein.

Bewerber haben ihre Bittgesuche unter Anschluß von Taufschein resp. Stammbaum, Studien- und Vermögenszeugnis innerhalb vier Wochen anher einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Funke'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10096. Das Funke'sche Stipendium im Jahresbetrag von 60 *M.* ist erledigt. Genußberechtigt sind würdige und bedürftige Theologiestudierende aus der Pfarrei Lauda; in zweiter Linie aus Oberlauda. In Ermangelung solcher tritt freie Verleihung ein.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß von Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnis innerhalb vier Wochen bei uns einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Dekan Hirt'schen Stipendiums für Bürgeröhne von Mefkirch betreffend.**

Nr. 10097. Das Dekan Hirt'sche Stipendium für Bürgeröhne aus Mefkirch, welche dem Studium der Theologie sich widmen wollen oder obliegen, im Jahresbetrag von 70 *M.* ist erledigt.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß der Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnisse innerhalb vier Wochen durch den Katholischen Stiftungsrat Mefkirch bei uns einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Friedrich'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10098. Aus der Friedrich'schen St. Johannesstiftung soll ein Stipendium im Jahresbetrag von 300 *M.* vergeben werden. Genußberechtigt sind würdige und nicht hinlänglich bemittelte Studierende der römisch-katholischen Theologie aus den Pfarrgemeinden Luttingen, Hochsal, Hänner, Niederwühl, Rickenbach, Herrisfried und Murg.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß von Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnissen binnen vier Wochen anher einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Pfarrer Stockert'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10099. Das Pfarrer Stockert'sche Stipendium im Jahresbetrag von 300 *M.* für würdige und bedürftige Aspiranten (von Untertertia an) oder Kandidaten der Theologie soll vergeben werden. Vorzugsberechtigt sind Verwandte des Stifters, sodann Studierende aus Burkheim oder Tiefenbronn. In Ermangelung solcher tritt freie Verleihung ein.

Bewerber haben ihre mit den nötigen Zeugnissen (Tauf-, Studien- und Vermögenszeugnis, eventuell Stammbaum) versehene Bittgesuche innerhalb vier Wochen bei uns einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

### **Die Verleihung des Pfarrer Hölzlin'schen Stipendiums betreffend.**

Nr. 10100. Aus der Stiftung des Pfarrers Hölzlin ist ein Stipendium im Jahresbetrag von 350 *M.* an einen Studierenden der Theologie aus Schönau i. W. zu vergeben. Meldet sich kein Theologe aus Schönau, so tritt freie Verleihung an einen anderen Theologen ein.

Bewerber haben ihre Gesuche unter Anschluß der Tauf-, Studien- und Vermögensverhältnisse innerhalb vier Wochen durch die hochwürdige Direktion des theologischen Konvikts anher einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

**Erzbischöfliches Ordinariat.**

---

## Die Verleihung von Pfarrer Wörter'schen Stipendien betreffend.

Nr. 10161. Aus der vom jüngst verstorbenen Pfarrer Wörter in Gamshurst gemachten Schenkung zu Stipendienzwecken sind zwei Stipendien im Jahresbetrage von je 300 M. an würdige und bedürftige Aspiranten (von Untertertia an) oder Kandidaten der römisch-katholischen Theologie zu vergeben, die Zöglinge kirchlicher Bildungsanstalten sind. Vorzugsberechtigt sind in erster Linie Nachkommen der Geschwister des Stifter's, in zweiter Studierende aus Gamshurst oder Wagshurst. In Ermangelung solcher tritt freie Verleihung ein.

Bewerber haben ihre mit den nötigen Zeugnissen (Lauf-, Studien- und Vermögenszeugnis, eventuell Stammbaum) belegten Eingaben binnen vier Wochen anher einzureichen.

Freiburg, den 6. Oktober 1910.

### Erzbischöfliches Ordinariat.

#### Pfründeanschriften.

Nachstehende Pfründen werden anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

##### I.

**Bremgarten, Dekanats Breisach**, mit einem Einkommen von 1503 M. außer 207 M. 51 S für Abhaltung von 178 gestifteten Fahrtagen und außer 38 M. für besondere kirchliche Einrichtungen und mit der Verbindlichkeit, eine Provisoriumsrestschuld im Betrage von 324 M. 29 S, herrührend von Kosten für Pfarrgarteneinfriedigung, in jährlichen Raten von 100 M. auf 4 % Zins und Kapital zu tilgen.

**Ortenberg, Dekanats Dffenburg**, mit einem Einkommen von 1330 M. außer 331 M. 13 S für Abhaltung von 255 gestifteten Fahrtagen, wovon ein Fahrtag mit einer Gebühr von 1.50 M. auf der Pfründe selbst ruht, und außer 120 M. für Abhaltung der sonn- und feiertäglichen Frühmesse.

**Pfullendorf, Dekanats Linzgau**, mit einem Einkommen von 4277 M. außer ca. 839 M. für Abhaltung von gestifteten Fahrtagen, darunter 79 Fahrtage mit 118 M. 50 S Gebühren, die auf der Pfarrei selbst ruhen, und außer 202 M. 53 S für besondere kirchliche Einrichtungen und mit der Verbindlichkeit, einen Vikar zu halten und zu salarieren und zur Deckung der Pension des resignierten Pfarrers eine jährliche Abgabe von 2400 M. zu leisten.

Die Bewerber um diese Pfründen haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Königliche Hoheit den Großherzog gerichteten Bittgesuche um Präsentation vonseiten Allerhöchstdeselben innerhalb vier Wochen bei Großherzoglichem Ministerium der Justiz, des Kultus und Unterrichts einzureichen.

##### II.

**Elsenz, Dekanats St. Leon**, mit einem Einkommen von 1611 M. nebst 130 M. 50 S für Abhaltung von 92 gestifteten Fahrtagen.

Die Bewerber um diese Pfründe haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten Bittgesuche um Verleihung innerhalb vier Wochen durch ihre vorgesetzten Dekanate an Seine Exzellenz den Hochwürdigsten Herrn Erzbischof zu richten.

### Pfründebefetzungen.

Die kanonische Institution haben erhalten am:

20. September: Joseph Schmitt, Pfarrer in Neckarelz, auf die Pfarrei Unterwittighausen.  
3. Oktober: August Siebold, Pfarrer in Hofsgrund, auf die Pfarrei Hemmenhofen.

### Resignationen.

Seine Excellenz der Hochwürdigste Herr Erzbischof haben die Resignation des Pfarrers, Geistlichen Rats, Dekans Michael Burger auf die Pfarrei Göggingen, Dekanats Meßkirch, sowie des Stadtpfarrers, Geistlichen Rats Theodor Burger auf die Pfarrei Gengenbach, Dekanats Offenburg, cum reservatione pensionis angenommen.

### Befetzungen.

19. September: Andreas Leimbach, Vikar in Schuttern, i. g. E. nach Kenzingen.  
22. " Ludwig Baier, Pfarrer in Unteribach, mit Absenz als Pfarrverweser nach Friedingen.  
26. " Otto Wintermantel, Vikar in Gengenbach, als Pfarrverweser daselbst.  
3. Oktober: Karl David, Vikar in Pforzheim, als Kaplaneiverweser nach Neuenburg.  
3. " Ernst Trion, Vikar in Emmendingen, i. g. E. nach Pforzheim.  
3. " Philipp Wagner, Vikar in Neuenburg, i. g. E. nach Emmendingen.  
3. " Dr. Albert Rude, Vikar in Grafenhausen, Dekanats Stühlingen, i. g. E. nach Freiburg, Herz Jesu-Pfarrei.  
4. " Robert Bundschuh, Vikar in Ladenburg, i. g. E. nach Mannheim, Untere Pfarrei.  
4. " Max Graf, Vikar in Grombach, i. g. E. nach Ladenburg.  
4. " Wilhelm Bürck, Vikar in Friedenweiler, i. g. E. nach Rickenbach.  
6. " Hermann Steidle, Vikar in Erzingen, i. g. E. nach Hüngheim.  
6. " August Berger, Vikar in Mannheim, Untere Pfarrei, i. g. E. nach Säckingen.  
6. " Wilhelm Meier, Vikar in Sinzheim, i. g. E. nach Mannheim, Untere Pfarrei.  
6. " Gottfried Kaiser, Vikar in Seefeld, i. g. E. nach Sinzheim.

### Sterbfälle.

5. September: Franz Sales Stockert, resignierter Pfarrer von Birkheim, † in Birkheim.  
20. " Lorenz Rudolf Honikel, resignierter Pfarrer von Dielheim, † in Rönigshofen.  
20. " Max Stifel, Pfarrer in Bietenhausen, † in Konstanz.  
25. " Dr. Wilhelm Singer, Pfarrer von Dietershofen, † in Pfullendorf.  
29. " Josef Weiß, resignierter Pfarrer von Güttingen, † in Kirchgarten.  
2. Oktober: Emil Otter, resignierter Pfarrer von Allensbach, † in Überlingen.

### Organistendienst-Besetzungen.

Als Organisten wurden vom Erzbischöflichen Ordinariate bestätigt:

- 25. Mai: Hauptlehrer A. W. Citel als Organist an der Pfarrkirche zu Gerlachsheim.
- 30. Juni: Hauptlehrer Oskar Vogel als Organist an der Pfarrkirche zu Göggingen.

### Mesnerdienst-Besetzungen.

Als Mesner wurden von dem Erzbischöflichen Ordinariate bestätigt:

- 30. Juni: Landwirt Alois Müller als Mesner an der Pfarrkirche zu Altheim.
- 30. " Landwirt Adolf Hügler als Mesner an der Pfarrkirche zu Gottmadingen.
- 21. Juli: Schneidermeister Julius Kirchgeßner als Mesner an der Pfarrkirche zu Hettingen.
- 5. August: Holzhauer Jakob Müller als Mesner an der Pfarrkirche zu Herrenwies.
- 9. " Gustav Strobel als Mesner an der Pfarrkirche zu Göggingen.
- 1. Sept.: Ludwig Christ als Mesner an der Filialkirche zu Waldwimmersbach.
- 7. " Landwirt Johann Sprenger als Mesner an der Filialkirche zu Ansfeltingen.
- 7. " Steinhauer Karl Joseph Hofmann als Mesner an der Pfarrkirche zu Freudenberg.
- 7. " Zigarrenarbeiter Peter Heger als Mesner an der Kuratiekirche zu Neilingen.
- 7. " Georg Josef Stapf als Mesner an der Pfarrkirche zu Unterschüpf.
- 29. " Tagelöhner Mathias Maier als Mesner an der Pfarrkirche zu Menningen.

